

ILLUSTRISSIMO, ET EXCELLENTISSIMO DOMINO,
DOMINO

GEORGIO IUDOVICO,
S.R.I. THESAURARIO HÆREDITARIO, COMITI DE SIN-
ZENDORFF, Comiti in Thanhauen, Neüburg, & Wöhrnstein ad Oenum, Libero Baroni
in Ernstbrunn, Domino Dominorum Fridau, Rennerstorff, Walperstorff, Sizendorff, Gföhll, & Postelberg, Hæreditario
Pincernæ Austræ super Onasum, Aurei Velleris Equiti, S. C. M. Consiliario Intimo, Camerario,
& Aulicæ Cameræ Præsidi, &c.

DOMINO, DOMINO, AC PATRONO GRATIOSISSIMO.

IEr pulsare licet Illustrissime, & Excellentissime Domine Comes; E spinis enim Philosophus progreiens in cumulatissimam gratiarum tuarum Zephyritidem me contuli, & nil nisi fœcundas Rosas decerpſi; Dumq; in vastissimo Juris Oceano uniones conquirerem, notissima tibi Jurisprudentia, ad condecorandum Juris, & Justitiae propugnaculum. (Te intellexero Illustrissime, & Excellentissime Domine Comes) me obsequiosissimum propulsavit; Demum ubi de prioritate certo, hæc Eadem Te, & priorem tempore, & Jure unanimi Athletarum voce proclamat. Quare undequaq; gratioſiſmis beneficiorum tuorum catenis obſtrictus ad Te, me converto, cumq; nihil perfectum, niſi ſimul trinum ſit, decet Te, Primum tempore, & Jure, non niſi trino obsequioſi animi argumento Patronum venerari. Nec difficultis ad iſta vultum demittes, cui nonnulla respiratio eſt, post continuos radios intervalla ponere inter umbras; Exemplo Gentilitiae tue Aquile, quam ſolaribus flammis defeffam ſapè excipit obſcura cautes; Accedit, quod jam pridem in Parentem meum, benignos obtutus defixisti, ideoq; dignaturus non ſis momentaneo oculo beneficij conſortem filium intueri. Deindè exteras aras non poteram adiſſe non sacrilegas, negligere domesticos Deos, quorum gratia, & favor, abunde in Ceroma ſufficient. Accipe ergo ternam hanc debiti obsequij ſyngrapham, quiq; magni Athlantis Noſtri, qui portat Romanum Orbem, Hercules es, me deſtitutum omni auxilio Pigmæum, fortitudine, & benevolentiā tua apprimis innata corroborata, quod me Tua ad impertiendum alijs favorem Indoles ſperare jubebit, ubi tefſerā hac benevolentiā Tuæ Zephyro, ad gratiæ Tuæ portum appulero.

Illustrissimæ & Excellentissimæ Dominationis Tuæ

MATTHIAS FRANCIS HUEBER.

I. N. D. N. I. C.

AUTHORITATE ET CONSENSU PRÆ-
NOBILIA, STRENUORUM, MAGNIFICORUM,
ET CLARISSIMORUM VIRORUM &c. MAGNIFI CI DOMINI RECTORIS,
SPECTABILIS DOMINI DECANI, INCLYTÆ FACULTATIS JURIDICÆ DOMINORUM SENIORUM
S. C. M. CONSILIARIORUM &c. adeoq; totius Amplissimi Juris-Consultorum Collegij, in Antiquissima, ac Celeberrima
Universitate Viennensi, ſubsequentes Theses ex assignato ſibi (cap. Qui prior tempore 54. de Reg. Jur. in 6") cum annexa quæſtione Civili,
pro prima in utroq; Jure Laurea legitime conſequenda publicè diſcutiendas,

PROPOSIT.

MATTHIAS FRANCISCUS HUEBER, Nobilis Austriacus Viennensis, AA. LL. & Philosophiae Magister, J. U. S. &c.

THESES I.

IV.

QUi prior eſt tempore, potior eſt in Jure.

A Deo, ut non obſtantē pacto, aut reſcripto procedat.

II.

V.

NON enim congruit Jus primi quæſitum, tolli per ſecundum.

FAllit in Creditore Chyrographario.

III.

VI.

Quod obtinet tam in Creditore, non ſolū agendo, ſed & excipiendo, quām etiam iſpis beneficijs.

A Ut ſi obſtet privilegium, vel favor.

QUÆSTIO CIVILIS.

Desumpta ex l. itemq; 7. ff. qui potiores in pign.

VTrum Ecclesiæ, & Monasteria non habentia expressam hypothecam, præponenda ſint alijs Creditoribus hypothecarijs.

Disputabuntur in Auditorio Juris-Consultorum, boris pomeridianis, Die 26. Menſe Januarij 1679.

VIENNAE AUSTRIÆ, Typis Joannis Christophori Polmerovii, Sacra Cæſaræ Majestatis Typographi Aulici.